

*Augusta Domus* Conditor *Augustus*  
Mauritii fratris cœpta consummavit:  
de quo appositè satis dixeris, quod il-  
le de suo Polono (\*)

Illum ne credas, dum momenta-  
nea condit

Atria, perpetuam postposuisse  
domum.

Quid dicam de thesauris, quæ *My-  
riotechnophylacium* illustre promit-  
condit? num copia & splendor visum  
prius obruant an artificia mentem,  
multi reliquerunt in ambiguo, qui  
partes orbis peragraverant, non ur-  
bes tantum & vicos: annorum spatia  
perfectiori contemplationi depo-  
scentes, non horas non dies.

*Equorum* aulæ regiæ *Stabulum* & *Pa-  
latium* sursum-deorsum intus conspi-  
ce & extus, cum *Hippodromo* seu Peri-  
stromio, aulâq; equestrium exercitiorum:  
Sedem laudabis *Archimarescallo* tanti  
Imperii, quæ od orbi terrarum jura po-  
nit, abunde dignam.

\*) Siegismundo Aug. ap. Zeil. Top. Pol. f. 91.